Einladungsschrift

zu der

öffentlichen Prüfung der Schüler

des

Königlichen Gymnasium

zu

Lyk

Donnerstags und Freitags den 7ten und 8ten October 1830.

Inhalt:

1. Observationum grammaticalium particula prima. Scripsit Dr. H. G. J. Cludius, praeceptor primarum.
2. Schulnachrichten. Von dem Director Dr. Rosenheyn.

Gumbinnen,
gedruckt in der Meltzerschen Buchdrukkerei.


Thorn

Observationum grammaticalium
particula prima.

Opportunitate scribendi hoc tempore oblata non alio modo nos melius existimavimus usuros esse, quam si complurium exemplo, quae nobis in libro aliquo publicis scholarum usibus destinato retractanda viderentur, breviter adiectis argumentis indicaremus, praesertim quum spatia angustiora hisce scriptionibus concessa omnem longiorem disputationem excluderent. Ad Zumptianam igitur grammaticam animum appulimus, eo quidem consilio, ut rationem temporum verbi et modorum, quae ibi proposita est, in quantum nunc liceret, examini subiiceremus et opera nostra qualicunque illustrare conaremur. In quo non possumus quin ultro profiteamur, quantopere nobis Latinae linguae disciplina atque institutio puerilis quum aliorum ingeniis et laboribus, tum ZUMPTII laudabili industria promota esse videatur, qui vir primus inter nostrates copiosiorem grammaticam Latinam conscripsit, quae non inter prima rudimenta subsisteret, et altius tendentium studiis ita consuleret, ut magistri se mirifice adiutos esse sentirent. Quod quum ita esse iudicemus, et iam tum iudicaverimus, quum Zumptianam grammaticam recens editam discipulis nostris in manus tradere cœpimus, multa tamen aut rectius ab eo constitui aut commodius dici potuisse arbitramur. Neque hoc mirum videri debet vel iunioribus, qui haec legent. Est enim grammatica ratio ex eo genere, quod non unius aetatis hominum, nedum unius quantumvis docti hominis opera perfici possit; verum multorum, vel potius omnium, qui in hac parte doctrinae aliquid efficere valent, studia sunt coniungenda, ut grammatica magis magisque ad eam veritatem, subtilitatem, elegantiam adducatur, quam habere debet. Age igitur experiamur, ecquid et nos, quod operae pretium sit, ad hoc propositum conferre possimus.

Sed quoniam locum illum, qui est de temporibus verbi et modis, potissimum tractandum sumsimus, paulo altius repetamus et ab ipso genere *verbi* proprie dicti (ῥήματος) ordiamur. Cuius quam definitionem proposuit Zumptius, ea, ut non deterior est vulgaribus aliorum notionibus, ita nondum

satis est ad veritatis normam exacta. Nam si verbum ait esse partem orationis, qua subiectum dicatur aliquid aut facere aut pati, in promtu est videre, neque impersonalia hac finitione comprehendi, ut quae subiectum non habeant, si vere sint impersonalia, neque neutralia verba ea, quibus aut actio non magis quam passio notatur, (ut *sto*, *maneo*), aut utrumque simul potest; quo fit, ut discrimen illud activae et passivae formae obscuretur. Atque eadem prorsus ratio est auxiliarium verborum, quorum talis natura est, ut non actionem, non passionem, ne statum quidem hominis aut rei significent, v. c. *posse*, *fieri*, *incipere*, *desinere*, μέλλειν. Quamquam fateor in nulla fere disciplina aeque difficile esse notiones ita definire, ut nulli reprehensioni aut dubitationi locus relinquatur, quam in hac arte grammatica. Sed plerisque tamen incommodis aliquo modo putaverim obviam iri posse.

Mox in *transitivorum* et *intransitivorum* notatione non satis placet, quod auctor satis habet pro definitione similitudinem verbis exponere eam, quae vocabulorum illorum inventoribus obversata est. Quasi vero in ipsa natura et veritate illae transitiones exstent, aut res ipsa hoc modo discentibus declarari possit. Equidem fateor non peius mihi videri puerorum institutioni consuli, si dicas transitiva esse, quae accusativum regant aut quibus plerumque accusativus adiungatur; qui si aliquando absit, id verbum absolute poni; sin hoc eum casum nullo pacto admittat (praeterquam in peculiari quadam conformatione orationis, ut in iis, quae dicuntur κατὰ τὸ σημαινόμενον), tum vero intransitivum esse. Nam quod ait intransitiva esse quae actionem aut statum in subiecto permanentem significent, ut *ire*, *stare*, *dormire*, primum intelligi non potest, qua ratione itiones et stationes in ipso subiecto inesse possint, si quidem neque in animis hominum insunt, neque in corporibus; deinde hoc modo ad illud genus etiam transitiva quaedam referre licebit, ut *cogitare*, *velle*, quae actiones in animis hominum permanere possunt et solent. Similiter huic contraria transitivi definitio et veritatis fundamento est destituta, et plura complectitur, quam debet. Qui enim magis amor cuiuspiam in alium transire dicatur et in eo vim suam expromere quam confidentia? Atqui *amare* nobis transitivum est, *confidere* non est. Quae quum ita sint, videndum tamen, ne nihil prorsus sequuti esse videantur, qui primi diversa genera verborum illis nominibus insigniverunt. Sinamus igitur philosophos inter se digladiari et contendere, utrum vis aliqua ad aliud transire possit,

necne, et mehercule etiam, quod quo modo fiat non assequuntur, id, si diis placet, vel fieri negare; in communibus quidem hominum notionibus hoc inest, ut causas rerum in ea, quae propter eas mutentur et earum vim sentiant, aliquo modo transire putent. Itaque transitivis verbis causas rerum sive actiones mutationum effectrices contineri consentaneum est, intransitivis autem quietis quodammodo significationem inesse et aut actiones iis denotari, quarum effectus nullus cernatur, ut eundi, equitandi, volandi, etsi dum movemur effectuum auctores sumus innumerabilium, ut corporis vel animi affectiones simpliciter, sine ullo effectus indicio, ut vigilare, somniare, cubare. Iam quoniam faciendi vel mutandi vis maxime latet in transitivis, eo fit, ut verba intransitiva transitivorum naturam induant, ubi tale quid in iis cogetur: veluti in *ire viam* est facere (conficere iter). Sed nimis angusta esset haec ratio, nisi sciremus, in hominum loquela permulta audaci admodum metaphora dici, ut *cogito aliquid*, i. e. quasi in animo efficio; *amo quendam* eum amplector amore aut mecum coniungi cupio. Quamquam qua ratione cogitatio informata fuerit ab iis, qui primi accusativum verbo adiunxerunt, aut quam similitudinem sibi in animo effinxerint, non potest certo dici. Quam ob rem satis esse ducimus dicere, usum obtinuisse, ut in his et illis verbis accusativus vel semper vel plerumque adderetur. Sic quadam tenus non male procedere videtur rei propositae explicatio. Sed haeremus in aliis, ut in *scio*, *habeo*, *patior*, *effugio*, *video*, quae quum casum obiecti postulent, nullum tamen actionis effectum eo casu designant. At enim si huiusmodi exempla plane evincunt, non satisfacere ea, quae modo conati sumus ad patefaciendam transitivorum proprietatem afferre, eadem certe non possunt eo valere, ut quisquam facilius in tralaticiis explicationibus acquiescat. Confecta res esset, si, quid obiectum in grammatica diceretur, exploratum haberemus; verum id nemo, quod sciam, adhuc probabiliter edocuit. Omnia enim mihi confundere et turbare videntur, qui veteri usu loquendi relicto, non iam illud solum obiectum appellant, quod quarto casu exprimitur, sed cum Buttmanno duplex genus obiectorum, alterum propiorum, alterum remotiorum esse statuunt. In quo quum illud incommodum est, quod divisio fit ante quam genus sit definitum, tum dictio metaphorica eademque comparativa minus est ad docendum idonea. Neque enim propinquitas quae sit aut longinquitas, nisi in iis quae oculis cernuntur et intervallis disterminantur, satis intelligi potest, et in his ipsis non utique proximum

quidque accusativum sibi interpretem requirit post verbum transitivum, aut dativum quod est remotius. Ut in his *coenae fratrem tuum adhibui* et *coenam illi paravi* quid causae esse dicemus, cur eadem coena modo propior, modo remotior esse perhibeatur, quum subiectum non mutetur. Nisi forte illuc descendemus, ut quod in quarto casu ponatur, propiore quodam nexu cum verbo copulari affirmabimus, quo pacto quasi per orbem circumacti frustra illam divisionem susceptam esse fatebimur. Quo accidit etiam, quod, si dativus est interpretamentum obiecti remotioris, nihil impedit, quo minus ablativus instrumenti aut genitivus etiam magis remoti obiecti signum esse dicatur. Quin etiam propius interdum a subiecto vel ab actione verbi abesse videbitur, quod alterutro casu enuntiabitur, quam quod dativo erit significatum.

Transeamus ad ceteras definitiones, quae priore parte libri Zumptiani continentur. Ibi quod dicitur, *indicativum* aliquid tamquam rem factam (Thatsache) proponere, etiamsi concedatur hoc ad futurum tempus posse referri, tamen angustius videtur. Nam quae in universum pronuntiantur, haud commode isto modo significaveris; v. c. *Nihil unquam sapientius est excogitatum*, aut *Omnia terrestria sunt peritura*, aut *Nemo hoc verum esse credat*. Nimirum res factas (Thatsachen) singula dicere solemus, quae certis quibusdam temporum terminis includuntur, eaque historici esse generis ducimus. Sed Zumptius paulo post in descriptione temporum eandem vocem etiam ad coniunctivum adhibet („als eine bestimmte einzelne Thatsache im Indicativ oder Conjunctiv"), eoque modo quae posita erant rursus evertit. Ceterum si hoc voluit, indicativum poni in rebus veris (von dem Würklichen) aut in iis quae tamquam vera proponerentur, equidem non refragor, quo minus ita statuatur, quamquam aliter sentit *Dissenius* in Dissertatione de temporibus et modis verbi Graeci p. 23.

Imperativum autem etsi recte iussivum appelles Latine, non opportebit tamen imperio (Befehl) eum significando inservire dicere et non potius iussioni (Aufforderung), quippe cui etiam in rogatione et precatione locus sit, ut Zumptius ipse in syntaxi docet. Qui quidem, quum § 530 not. discipulos prudenter admoneat, ne coniunctivum pro imperativo frequentent, tali dicto tanquam in fronte posito facile efficit, ut *Des mihi* et *Dicas mihi* rectius aut elegantius dici opinentur quam *Dic* et *Da*, nisi quis pro imperio loquatur.

De *temporum* porro ratione eodem loco non satis circumspecte disputavit noster. De certis enim et singulis rebus sive factis sive faciendis tempora vult verbi adhiberi; in quo similiter errat ut supra in indicativi potestate constituenda. Quid enim? Si quid universe dicendum est, temporibus non utimur? Qui igitur alius modus eorum pronuntiandorum relinquetur? Ne illud quidem verum est, quod continuo addit, certum ubique locum in serie factorum temporibus designari, ut non modo, quo quidque tempore factum sit, intelligatur, praeterito, an instanti, an futuro, sed etiam utrum res infecta esse dicatur ac permanens, quum aliud quid fiat, an perfecta atque absoluta. At enim non semper est tam copiosa atque accurata rerum expositio, et persaepe nihil refert, quo illud modo se habeat; quin interdum prorsus non licet aliquid certi de hoc genere affirmare. Quo fit, ut multis in locis simpliciter, nulla eiusmodi relationis adiuncta significatione, aliquid aut esse aut futurum esse dicatur. Ut Πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν (non: quum aliud quid fiebat aut factum erat. Ἦ μὴν ἔτι Ζεὺς καίπερ αὐθάδη φρονῶν ἔσται ταπεινός. Ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ. Atque haec est propria vis aoristorum, cuius peculiarem formam et nomen Graeci in praeteritis habent. Discrimen vero ipsum infinite sive ἀορίστως positorum et cum relatione adhibitorum temporum, haud negligendum illud meo iudicio, ne in futuris quidem et praesentibus, quum alii agnoverunt, tum *Iac. Harrisius* in Hermete p. 99 sqq. interpretationis Germanicae, *God. Hermannus* in libro de emendanda ratione grammaticae Graecae p. 181, et *L. G. Dissenius* in dissertatione supra laudata. Atque est etiam ubi nullum omnino tempus verbo indicatur (v. c. Omnes unius trianguli anguli non possunt duobus rectis maiores esse. Mundus est universitas rerum creatarum) aut omnium res est temporum, ut in iis quae fieri solent. In qualibus proclive est praesens usurpare, ut quod in medio praeteriti et futuri situm utroque versum longius producere liceat in infinitum. Quod quum plerique omnes faciamus homines, Graecique pariter ac Latini in usu habeant, alteri horum aoristo suo praeteriti sic uti consueverunt, ut id de omni tempore aut de rebus fieri solitis ponant. Cuius rei causa, a *Buttmanno* in gramm. Graeca § 137 annot. 5 omissa, in promtu est. Nam quae nullo temporis spatio non accidunt, omnique aetate subinde usu veniunt, ea et priore tempore aliquando evenisse consentaneum est et postero eventura. Ita fit, ut aoristum creberrime, interdum etiam futurum in talibus adhibeant Graeci, iam inde

ab Homero, qui haud raro utrumque tempus in comparationibus coniungit et nonnunquam etiam praesens pari ratione admiscet. v. *Augustum Matthiae*, qui in nova editioue copiosioris grammaticae Graecae, dum hac de re diligenter disputat, Homeri tamen non admodum rationem habuit. Homereis autem locis, quos ope lexici Dammiani sub vocibus ὡς et ὅτε facile invenias, simile est hoc Sophoclis in Electra v. 26 sq. ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενής, κἂν ᾖ γέρων, ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν, ἀλλ᾽ ὀρθὸν οὖς ἵστησιν. Exemplis aoristi addi potest Thucyd. I, 70, ubi Corinthiorum legatus mores describit Atheniensium, ἢν δ᾽ ἄρα καί του, inquit, πείρᾳ σφαλῶσιν ἀντελπίσαντες ἄλλα ἐπλήρωσαν τὴν χρείαν. *Semper* (ἑκάστοτε), *quoties ad eam conditionem redacti sunt, damna sua resarciverunt*, quod proinde est ac si dicas *resarcire* solent. Et ex oratione Archidami c. 84. τῶν τε (in mentem venit ἄλλων τε et τῶν τε ξυμμάχων) ξὺν ἐπαίνῳ ἐποτρυνόντων ἡμᾶς ἐπὶ τὰ δεινὰ παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν οὐκ ἐπαιρόμεθα ἡδονῇ. καὶ ἤν τις ἄρα ξὺν κατηγορίᾳ παροξύνῃ, οὐδὲν μᾶλλον ἀχθεσθέντες ἀνεπείσθημεν. Plato in Phaedone p. 112 D Steph. ἐξέπεσεν, p. 113 D. διεδικάσαντο. in Gorgia p. 511 D. ἐπράξατο. Aristoph. Plut. v. 238 κατώρυξεν. 244 ἐξέπεσον. Futuri exemplum habes apud Demosthenem de corona § 59, 8 Bekk. ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγενῆσθαι νομίζων τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμενεῖ, ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι θνήσκειν ἐθελήσει etc. quodam modo etiam in Platonis Lachete p. 189 A. εἰ δὲ νεώτερος ὁ διδάσκων ἔσται . . . οὐδέν μοι μέλει. Hoc posterius loquendi genus tam frequens est Latinis et inter eos maxime Ciceroni, cuius e libris rhetoricis innumerabilia exempla colligi possunt, ut discipuli de eo videantur admonendi esse.

In reliquis non possum satis mirari, qua ratione Zumptius sibi persuaserit, primam ac propriam vim *participii futuri activi* et *coniugationis periphrasticae*, quae eius ope formatur, esse eam, ut voluntatem vel propositum animi significet. Hoc enim ille identidem nobis ingerit, quamquam non iisdem semper verbis utitur et ita dicta variat, ut parum sibi constare videatur. § 149 editionis quintae: „wozu noch ein drittes Partizipium für die vorgenommene Handlung und den bevorstehenden Zustand kommt". (Prius quid sit non satis exputo. Infectae enim actioni declarandae accommodatum videtur die vorgenommene Handlung, opus susceptum, in quo faciendo cum maxime verseris; sed potest etiam rem antea factam et dudum paractam significare, eine ehemals vorgenommene Sache). § 169 „amaturus sum, ich bin Einer, der zu lieben im Begriff ist oder der lieben

lieben will“ (Aliud exemplum quaesissem. Nam ex quo Germanice loquuntur, nemo-dum inventus est, opinor, qui in ulla conditione vitae animum induceret dicere Ich bin im Begriffe zu lieben. Ipsa autem locutio ambigua est. Ich bin im Begriffe auszugehen, — zu schreiben, — dir das Geld zu geben, haec interdum sonant Iam abeo, iam scribo, iam do pecuniam. Sed primus hoc usurpavit Ewerbeckius, qui in translatione Germanica Hermetis Harrisiani p. 100 Μέλλω γράφειν et Anglicum *I am going to write* reddit Ich bin im Begriffe zu schreiben). § 497 „Diese periphrastische Conjugation druckt zwar eigentlich das Vorhaben aus, aber die Conjunctive mit sim und essem werden auch als ordentliche Conjunctive des futuri I gebraucht, indem die Bedeutung des Wollens in die des Werdens übergeht.“ Paulo post: „Die Perfecta rediturus fuerim und rediturus fuissem behalten ihren ursprünglichen Sinn vorhaben, quod deinde explicatur die Absicht haben. Similia in proximis deinceps reperiuntur. At falsum est, inquam, neque ullo idoneo argumento potest probari, hanc propriam et quasi insitam esse potestatem participiorum in *rus*, sive seiunctim, sive cum verbo *esse* positorum. Imo ea nihil aliud sua sponte significant, nisi mere rem futuram quoque tempore, sed ita futuram plerumque, ut causae iam adsint vel in comperto sint, cur quidque futurum sit. Sic apud Horatium carm. II, 3, 4 *moriturus* dicitur Dellius, qui ea conditione natus erat, ut ei serius citius moriendum esset; item Archytas I, 28, 5. cf. Serm. I, 2, 111 sq. *Quid latura, sibi quid sit dolitura negatum* (natura humana), *quaerere plus prodest.* Itaque huius participii constructio plane congruit cum Graeco μέλλειν et infinitivo, (ut ἡ πόλις ἔμελλεν ἁλῶναι, futurum erat, ut urbs caperetur; omnia ad eam rem comparata erant. Aut: in fatis erat, ut caperetur. Τάχα δ' ἀναστήσεσθαι ἔμελλεν, mox rursum surrecturus erat; sive futurum erat, ut surgeret); id quod animadvertit Aug. Matthiae. v. novam edit gramm. Gr. p. 942; et similem hoc habet relationem ad posteriores actiones vel affectiones, ut ad priores perfecta Graecorum, (perfectum dico, quod solum vulgo hoc nomine appellatur, et plusquamperfectum et futurum exactum s. paulo post futurum). Neque vero hoc impedit, quo minus interdum ἀορίστως ponatur, id est ita, ut arta connexio illa inter plura verba aut plures actiones negligatur. Quod idem in perfectis latinis accidisse videmus, (de quo infra,) et interdum in Graecis. Sed quoniam etiam ea, quae apud animum constitueris facere, futura sunt, consentaneum est, ut participia futuri activi in eiusmodi voluntatis declaratione ponere liceat; ipsa

quidem forma huius participii hoc expresse contineri nego, ut voluntatem significent, neque ullum eo nomine discrimen in usu singulorum temporum coniugationis periphrasticae agnosco. Nam quod Zumptius perfecti et plusquamperfecti coniunctivum quodam modo e ceterorum ordine eximit, id quo iure fecerit, ipse viderit. Equidem G. Hermannum sequor, qui tum alibi, tum in annotationibus ad Elmsleii editionem Medeae Euripideae p. 327 ed. Lips. ad constituendam regulam grammaticam non solum idoneam exemplorum copiam, sed etiam *rationem* requirit, *cur sic sit, ut est, neque aliter.* Quid autem causae esse putemus, cur haec et similia latine dici nequeant! *Non certum habeo, an omnes id celaturus fuerit* (an celare potuerit, qui mortuus est). *Dubium non est quin illo vulnere periturus fuerit* (nisi a latronibus esset occisus. *Cogitabam quid eventurum fuisset. Qui sciam, quam multis diebus post moriturus fuerit? Ignarus ille quam brevi fragilitatis humanae exemplum futurus fuerit. Fac ut corpus meum ex illo cibo non doliturum fuerit. Quum contra voluntatem profecturus fueris, nunc animum offirmas, ne loco te moveas.* An exempla huiusmodi apud bonos scriptores inveniri, praefracte negabit quisquam? Quod si nulla forte extarent, tamen res confecta non esset, nisi probabili rei ratione allata. At sunt, ne dubita, quale hoc est Livii 31, 7: *Quis enim dubitat, quin — totum in Hispaniam bellum aversuri fuerimus.*

In *perfecti* porro potestatibus definiendis quum plerique non satis subtiliter videantur esse versati, tum Zumptius, ut ego opinor, neque Graecae grammaticae ita ut par erat rationem habuit, et quaedam, quae distinguenda essent, confudit. Nam quoniam perfectum latinorum, praeterquam quod perfectum praesens est et cum τῷ παρακειμένῳ Graecorum congruit, in indicativo maxime, interdum etiam in infinitivo et coniunctivo, simul Graeci aoristi vice fungitur, utriusque temporis ratio quae esset in Graeca lingua, breviter et tamen accurate dicendum erat. Nisi quis alienam putat hanc verbi Latini cum Graeco comparationem, atque inutilem ad declarandum quod volumus, quandoquidem Latinus sermo in hac puidem parte magis cum Germanorum consuetudine concordet. Sed utut hoc est, frugiferum certe erit discentibus utriusque linguae proprietates notasse et inter se contendisse, praesertim quum Romani multis in partibus Graecorum consuetudinem loquendi imitati sint, neque hac scientia impune carebunt, quibus propositum erit Graeca in Latinum sermonem transferre aut contra. Recte igitur Zumptius

in grammatica Latina Graecae rationem habuit, modo id aliquanto accuratius fecisset. At ille primum ita loquitur plerumque, ut perfectum Graecorum vi sua nihil a Germanico differre, videatur statuere; id quod secus est. Deinde aoristum sua sponte et necessario tempus historicum esse sibi persuasit; quod si verum esset, non possent aliae nationes, ut Germanica, alio tempore in narrando uti. Tum non cogitavit, quum scripsit, aoristo Graecorum etiam extra narrationem locum esse atque adeo hanc esse propriam eius et primariam potestatem, ex qua demum altera illa nasceretur, etsi non necessario in usum verterit. At interpretatio Germanica quemvis huius rei admonet, quandoquidem aoristum Graecorum saepissime perfecto nostro mutamus. Quo pertinet etiam illud, quod Graeci aoristum suum haud raro pro perfecto usurpant, ut Ἤλυθες, ὦ φίλε κοῦρε pro ἐλήλυθας; quamquam non temere perfectum pro aoristo et nunquam fortasse apud Atticos, ut Aug. Matthiae censet §. 497. Atqui haec permutatio non admitteretur, si aoristus propria vi sua historicum tempus esset. Quae quum ita sint, de integro trium linguarum hoc nomine comparationem instituamus, in quantum vel facere nunc licet vel opus est. Ac *perfecta* quidem quid Graecis valerent, quum dudum ab Harrisio, Reizio, Primissero, aliis demonstratum esset, non omnes, qui postea de temporum ratione praeceperunt, Graeci sermonis proprietatem in hoc puram atque integram servarunt. Nunc satis habemus, Aug. Matthiae grammatica laudata, capita rei breviter exponere. Ponuntur igitur perfecta ex ratione Graecorum tum in re modo peracta, ita ut, prioris temporis actione absoluta, id, quod dicitur, quasi in confinium duorum temporum incidat, (aut praeteritorum utrorumque, aut alterius praeteriti, alterius praesentis, aut praesentis et futuri;) tum in re longius remota, cuius effectus maneat eo tempore, de quo dicitur. Nequaquam enim ad praesentis modo perfectum haec subtilitas rationis adhibenda est, sed etiam ad praeteriti et futuri; id quod supervacaneum duxissem commemorare, nisi quosdam in hoc minus esse diligentes viderem. Quin etiam A. Matthiae sibi excidere passus est §. 497 not. p. 939, quod rationem ab ipso propositam et postea §. 500 init. cofirmatam perturbare videatur. Nam in Thucydidis quidem loco plusquamperfectum vix tolerabile fuisse existimo. Atque haec paucis indicata ratio quum a grammaticis nonnullis parum considerate ad universum verbum Latinum transferatur, nisi quod aliquid de significatu aoristi cum perfecto communicato addendum sibi duxerunt, non est tamen

inficiandum, passim, et non adeo paucis in locis, perfecta Latina omnium temporum tali cum relatione poni. Cuius generis exempla qui requiret, evolvat bona lexica s. v. *sum* et *vivo*. Sic *veni* dicit, qui non aliquo priori tempore venit, (in quo aoristus Graecus locum habet, et eius partes quod sustinet Latinum perfectum), sed modo venit, ut iam adsit. Veluti apud veterem poetam est *Adsum atque advenio*, ubi *advenio* καταχρηστικῶς pro *veni*, ἥκω. Sic vocem *dixi* solebant olim usurpare, qui in iudicio verba fecerant, ut iustum finem imponerent orationi, ne quis plura exspectaret aut se tantummodo paulisper requiescere putaret, plura post paulo dicturum. Et hoc signi est, Latina more Graecorum poni, si perfectum cum praesente quodam, plusquamperfectum quod vocant cum imperfecto, futurum exactum cum mere futuro ita commutare licet, ut cogitata nihil mutentur. Verbi causa *veni*, adsum; *dixi*, ich habe ausgeredet, bin fertig mit meiner Rede. *vixi* (Virg. Aen. IV, 653) ich habe ausgelebt, pro exstincto iam sum habendus. cf. ὃ γέγραφα, γέγραφα, was geschrieben steht, das steht geschrieben. v. Harris. I. I p. 109 sq. Adde *conspexi*, *constitui*. Huius generis quaedam in patrio sermone habemus, sed minus liquida in activo genere; in passivo vero quum duplices formae sint, alterae illarum ferme respondent perfecto Graecorum. Verbi causa Er ist verwundet qui dicit, ut plurimum significat, modo esse vulneratum hominem aut tamen etiamnunc ex vulnere laborare. Quo sensu haud apte dixeris Er ist verwundet w o r d e n, quod semper aliquo modo prioris significationem habet, ut aoristus Graecorum. Sic Er war geachtet und geliebt statum in praeterito tempore permanentem, non rem aliquanto peractam denotat. Er ist seines Amts entsetzt; die Festung ist übergegangen; die Leute sind alle verschickt; — haec et similia perfecti paesentis vim ferme exprimunt, quanquam eandem formam etiam in rebus olim transactis ponimus, quorum effectus nullus in praesenti appareat. Atque eodem modo Latini omisso illo artiore nexu perfecta sua omnium temporum etiam in actionibus tempore et effectu remotioribus ponunt; verum tamen quid prius sit alio posteriore, quid perfectum, dum aliud infectum, probe solent attendere; cuius in mutua relatione diligentiae Zumptius opportune tirones admonuit in editione quinta §. 505; nam in quarta tantummodo de futuris dixerat. Scilicet si Germani exactam temporum rationem saepe negligunt, hoc est causae, quod nolunt orationem odiosis verborum tantum non inanium ambagibus onerari. — Hactenus de perfecto praesente, cuius vim Graeci pecu-

liari forma exprimunt, Latini non raro perfecto suo significant; quod idem tamen et aliis usibus inservit. Dicendum est porro de aoristo Graecorum, quem constat primitus praeteriti esse temporis et nomen ei ex eo inditum, quod rem indeterminate enuntiaret, id est ita, ut, utrum perfecta, an infecta esset actio non cogitaretur. Adderem ne temporis quidem ordinem respici, si Graeci omnino ipsis verborum formis indicare solorent, quid quoque prius esset aut posterius, quo in genere Romani sunt omnium diligentissimi, nostrates saltem multo minus incuriosi, quam Graeci. Iam consequens est, ut aoristi propriam sibi sedem ante omnia occupent in iis, quae breviter et nude commemorantur, nullo nexu cum aliis coniuncta. Ut quum, quod alios nescire putes, in eorum notitiam perferas, (bei historischen Notizen). Exempli gratia; *Bis capta est Ilios. Initio rerum humanarum omne imperium regale fuit.* (Paulum differt *erat* cf. Iustin I, 1. in quo respicitur ad *initio* etc. et animus loquentis magna velocitate in antiquam aetatem se transfert.) *Moses ceteros legum latores longe sapientia superavit* Talia autem plura deinceps referri licet. *Ut Urbem Romam a principio reges habuere; libertatem et consulatum Brutus instituit.* Quod quum fit in rebus artiore nexu cohaerentibus et quum demonstrare volumus, quod initium, qui progressus, qui finis rei gestae fuerit, tum facta narramus ordine. Ita fit, ut aoristus temporis historici munere fungatur. Atque hoc, uti non prorsus est necessarium, ita tam est proclive, ut haud sciam an Germanica lingua eundem usum adscitura fuerit, nisi forma composita praeteriti indefiniti obstaret, utpote inhabilior ad huiusmodi usum. Certe propensio quaedam ad hoc genus perspicitur ex eo, quod homines nostri de vulgo non utique abhorrent ab hoc genere narrandi. Id quod tetigit Reizius p. 4 dissertationis supra laudatae, falsus ille ceterum in eo, quod perfecto Germanico vim perfecti praesentis tamquam primariam et prope unicam attribuit. Sed idem probe notavit eum usum, quem primitivum esse aoristi volumus. Videlicet postquam dixit, Germanicam linguam, pariter ut alias, instans verbi perfecti pro aoristo usurpare, *Nam Germani quidem*, inquit p. 3, *etiamsi de re, quae ad nullam instantem pertineat, agatur, si eam neque particulatim, neque continuate cum alia re antegressa narrent, sed modo summatim et simpliciter aut nuntient aut commemorent, utuntur instante verbi perfecti, non aoristi.* Alii perperam aut historicum usum priore loco ponunt, aut de altero illo plus iusto tacent; a quo errore ne Hermannus qui-

dem, quantumvis ille ingenio et doctrina praecellens, satis sibi cavit in libro de emend. ratione gramm. Gr., ante hos undetriginta annos edito, pag. 186, ubi dicit, nos quopue Germanos unum habere aoristum ich ward, quum in ceteris verbis aoristi vim tribuamus imperfecto. At non alio modo unum illud verbum aoristo Graecorum respondet, quam in ceteris Germanicis verbis imperfectum. Non aliter, inquam, usurpatur, quam temporis historici modo. Atqui haec neque unica potestas est aoristi Graeci, neque primitiva. Quid, quod in Graecorum lingua nequaquam aoristus solus ad narrandum adhibetur, sed in rebus diuturnioribus imperfectum v. Buttmanni gramm. §. 137, 4, et nonnunquam in cito transeuntibus plusquamperfectum (v. c. βεβήκει)? ita ut ne illa quidem historici temporis significatio aoristo tamquam propria ac perpetua possessio permaneat. Quod tamen non ita dico, quemadmodum ii, qui omnia praeterita temporum historicorum nomine appellant, quem usum ego prorsus inutilem ad docendum duco. Imo solum illud censeo tempus historicum esse nuncupandum, quo res sive gestae, sive quocunque modo factae vel actae, temporis ordine servato deinceps exponuntur. Iam quoniam Graeci in temporum verbi delectu habendo non multum quaerunt, quae ratio temporis inter singula intercedat, non admodum a vero aberret, si quis dicat, eos proprio tempore historico carere. — Sed quidquid de hoc statuatur, certe ex hoc narrativo usu neque nomen suum adeptus est aoristus, neque altera significatio ex hac potest fluxisse videri. — Latini autem, qui temporis rationem ope formarum verbalium diligenter notare solent, verum habent tempus historicum, etsi forma eius peculiari destituuntur. Cuius exemplum quod posuit Zumptius §. 500, id ipsum arguit falsa esse, quae ibidem et alibi in eodem libro de *indefinita vi* huius temporis scripta sunt. Ait enim: „Das Perfectum Indicativi hat, außer seiner Bedeutung einer vollendeten Handlung in gegenwärtiger Zeit, noch die eines Aoristes der Vergangenheit, d. h. es dient zur Erzählung von Handlungen aus der vergangenen Zeit, welche, ohne Rücksicht darauf, ob sie in Verhältniß zu einander vollendet oder unvollendet waren, als momentan (itane?) neben einander gestellt werden." Haud vidi magis. Nullamne, obsecro, rationem habere Romanos, quae comparatio sit singularum actionum inter se, neque curare, an perfectum fuerit aliquid, aut inceptum illud quidem, sed nondum peractum, quum ante narrata fierent? Imo vero si alterum est, plusquamperfectum, si alterum, imperfectum est ponendum; tempore historico tum demum utendum est,

quum aliquid novi accedit, hoc modo (ut in Zumptiano exemplo, quid velim, demonstrem): Caesar armis rem gerere constituit, quod quum fecisset, exercitum finibus Italiae admovit; mox posteaquam admovit, Rubiconem transiit; quo facto Romam occupavit, et ubi occupavit cet. Ubicunque haec ratio propter cogitatorum naturam non potest admitti, tempori historico locus non est.

Si haec vere sunt disputata, consequens est, ut perfecto Latino triplex vis tribuenda esse videatur, una perfecti praesentis, altera praeteriti indefiniti (aoristi Graecorum, ubi Germani perfecto suo utuntur), tertia temporis historici (apud Graecos aoristi, apud Germanos imperfecti forma.)

Schulnachrichten.

Erster Abschnitt. Lehr- und Zuchtverfassung.

I. Lehrverfassung.

1. Lehrgegenstandsplan des letzten halben Jahres.

Klassen.	Lehrgegenstände.	Wöchentliche Stundenzahl.
I.	Lat. Cic. Off. 2, Ter. 2, Hor. 2, Lat. Exc., Ext. und monatlich eine freie Arbeit 2, Lat. Vers- und monatlich eine Disputirüb. 1 St. — Griech. Plat. 4, Hom. Il. 2, Exc. und Grammatik 1 St. — Deutsch 3, Relig. 2, philosoph. Vorbereit. 2, Gesch. 3, Math. 4, Naturl. 2, Hebr. 2 St. .	34
II.	Lat. Cic. dann Liv. 4, Gramm., Exc., Ext., kleine freie Aufs. 3, Virg. 2, Versüb. 1 St. — Griech. Herod. u. Gramm. 4, Hom. Il. 2, Exc. 1 St. — Deutsch 3, Relig. 2, Gesch. 3, Geogr. 1, Math. 4, Ntrl. 2, Hebr. 2 St.	34
I. u. II.	Gesang.	1
III.	Lat. Caes. u. Gramm. 4, Ov. Met. 2, Exc. u. Ext. 2, Versüb. 1 St. — Griech. Xenoph. u. Gramm. 4, Hom. Od. 2, Exc. 1 St. — Dtsch. 3, Gesch. 3, Geogr. 2, Math. 4, Ntrl. 2, Relig. 2 St.	32
IV.	Lat. Rosenh. Leseb. 3r Curs., Just. u. Gramm. 5, Phaedr. 2, Exc. 1 St. Griech. 6 St. — Dtsch.	
	Uebertrag . .	101

Klassen.	Lehrgegenstände.	Wöchentliche Stundenzahl.
	Uebertrag . .	101
	4, Relig. 2, Gesch. 2, Geogr. 2, Math. 4, Naturk. 2, Schönschreiben 2 St.	32
III. u. IV.	Gesang 2, Zeichnen 2 St.	4
V.	Lat. 8, Dtsch. 5, Geogr. 2, Rechnen 4, Geom. 2, Ntrk. 2, Zeichnen 2 St.	25
VI.	Lat. 8, Dtsch. 6, Geogr. 1, Rechnen 4, geom. Vorüb. 1, Ntrk. 2, Zeichnen 1 St.	23
V. u. VI.	Relig. 2, Schreiben 4, Gesang 2, Zeichnen 1 St.	9
I—VI.	Allgemeine Gesangstunde	1
	Wurden wöchentlich wirklich gegeben .	195

Der Unterricht im Französischen hat die erwartete Theilnahme nicht gefunden. Kaum hat Jemand ausser den Polnischen Stipendiaten an dem Unterrichte im Polnischen Theil genommen, welchen der Herr Pfarrer Gayk diesen ertheilt hat. Die geübtern Tertianer hat Herr Actuarius Ballnus in der Construction der Köpfe und in der Perspective noch ganz besonders unterrichtet.

2. Vertheilung der Lehrgegenstände unter die Lehrer.

Lehrer.	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	Wöchentliche Stunden.
Dr. Rosenheyn, Director und Ordinarius auf I.	Hor. 2, Lat. Vers- und Disputirüb. 1, Dtsch. 3, philos. Vorber. 2 St.	Lat. Versüb. 1, Dtsche Gram. 1 St.	Declamator. Lesen 1 St.	Declamator. Lesen 1 St.	. .	. .	12
Uebertrag.	8	2	1	1	—	—	12

Lehrer.	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	Wöchentl. Stunden.
Uebertrag .	8	2	1	1	. .	. .	12
Dr. Cludius, 1r Oberlehrer und Rendant.	Ter. 2, Griech. 7, Relig. 2 St.	Cic., Liv., lat. Gramm. Exc. Ext. 7 St.	Hom. 2 St.	. .	. .	. .	20
Chrścinski, 2r Oberlehrer u. Ordinarius auf II.	Math. 4, Naturl. 2, Hebr. 2 St.	Math. 4, Naturl. 2, Relig. 2, Hebr. 2 St.	Math. 4 St.	. .	. .	. .	22
Fabian, 3r Oberl. u. Ordinarius auf III.	Cic. 2, Exc., Ext., monatl. ein fr. Auff. 2, Gesch. 3 St.	Gesch. 3, Geogr. 1 St.	Caes., Lat. Gramm. 4, Exc. Ext. 2, Dtsch. 2 St.	. .	. .	Gegr. 1 St.	20
Oppermann, 4r Lehrer.	. .	. .	Ov. 2 St.	Phaedr. 2 St.	Lat. 8 St.	Lat. 8 St.	20
Raphael, 5r Lehrer u. Ordinarius auf V.	. .	. .	Gesch. 3, Gegr. 2 St.	Relig. 2, Gegr. 2 St.	Dtsch. 5, Geogr. 2 St. Relig. =	Dtsch. 6 St. = 2 St.	24
Kostka, 6r Lehrer u. Ordinarius auf IV.	. .	Herod., Griech. Gram. und Exc. 5 St.	Xen., Griech. Gramm. und Exc. 5 St.	Lat. 6, Math. 4, E . . 2 St.	. .	. .	22
Dewischeit, Hilfslehrer.	. .	Virg. 2, Hom. 2, Dtsch. 2 St.	Rel. 2, Ntrl. 2, Lat. Versüb. 1 St.	Griech. 6, Dtsch. 3 St.	. .	Ntrk. 2, geom. Vorüb. 1 St.	23
Uebertrag	34	34	32	28	17	20	163

Lehrer.	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	Wöchentliche Stunden.
Uebertrag .	34	34	32	28	17	20	163
Menzel, Hilfslehrer u. Ordinarius auf VI.	Gesang —— Gesang ——	—— 1 St.	Gesang ——	—— 2 St. Schreiben 2, Ntrk. 2 St.	Gesang —— Rechnen 4, Geom. 2 Ntrk. 2. Schreiben ——	—— 1 St. Rechnen 4 St. —— 4 St.	26
Ballnus, Actuarius.	. .	. .	Zeichnen ——	—— 2 St.	Zeichnen 2 St. Zeichnen ——	Zeichnen 1 St. —— 1 St.	6
Zusammen	36	36	37	37	35	33	195

214

3. Tabellarische Uebersicht des Unterrichts.

Klassen.	Lehrgegenstände und deren wöchentliche Stundenzahl.													Wöchentliche Stunden.
	Latein.	Griech.	Deutsch.	Religion.	Philos.	Geschichte.	Geograph.	Mathem.	Naturk.	Hebr.	Gesang.	Zeichnen.	Schreiben.	
I.	9	7	3	2	2	3	—	4	2	2	2†	—	—	36
II.	10	7	3	2	—	3	1	4	2	2	2†	—	—	36
III.	9	7	3	2	—	3	2	4	2	—	3†	2	—	37
IV.	8	6	4	2	—	2	2	4	2	—	3†	2	2	37
V.	8	—	5	2	—	—	2	6	2	—	3†	{2, 1}	4	35
VI.	8	—	6	2	—	—	1	5	2	—	3†	{1, 1}	4	33
Zusammen	52	27	24	10	2	11	8	27	12	4	6	6	6	214

195

Anmerkung zur vorstehenden Tabelle. Der senkrechte Strich zwischen den Zahlen zweier Klassen bedeutet deren Verbindung, das Kreuz beim Gesange aber, daß eine Stunde von der angegebenen Zahl zur allgemeinen Gesangstunde gehört, in welcher die bessern Sänger aller Klassen beisammen sind.

4. Lehrbücher.

In Beziehung auf die eingeführten Lehrbücher hat keine Veränderung Statt gefunden. Neue sind nicht hinzugekommen.

5. Abgehandelte Lehrabschnitte.

Auf Prima. Lehrgang zweijährig.

a. Latein. Cic. de Or. III de Off. I, Ter. Phorm. Hor. Od. I, 21 bis 38 u. III, 19. Sat. I, 4. II, 7 u. 8, wöchentlich 1 Exercitium, 1 Extemporale und monatlich 1 freier Aufsatz. Versübungen und monatlich 1 Disputirübung über einen von einem Primaner geschriebenen Commentar zu einer Horazischen Ode. Die so behandelten Oden waren I, 28. II, 2, 3, 6, 10, 19. III, 1, 8, 13, 14. IV, 1.

b. Griechisch. Plat. Gorg., Euthyp. u. Laches, Soph. Philoct., Hom. Il. VI., wöchentlich 1 Exercitium.

c. Philos. Vorbereitung. Allgemeine Grammatik bis an die Lehre vom Satze. Einleitung in die Philosophie.

d. Deutsch. Ueber die Dichtungsarten nebst Musterstücken. Satz- und Interpunctionslehre als Beschluß der allgem. Grammatik. Vom Niebelungenliede gelesen die 9 ersten Abschnitte, vorher aber Göttling über das Geschichtliche im Niebelungenliede.

e. Religion. Die Glaubenslehre nach Niemeyer. §. 19—194.

f. Geschichte der neuesten Zeit nach Ellendt S. 573—615. Wiederholung der drei ersten Perioden des Mittelalters. Ellendt S. 167—274. Erste Hälfte der neuern Geschichte S. 391—522.

g. Mathematik. Höhere arithm. Reihen. Berechnung der Logarithmen. Wiederholung und Erweiterung des binomischen Lehrsatzes auf gebrochene und negative Exponenten. Taylorsche Reihe. Wiederholung der Rentenrechnung. Kegelschnitte. Zusammengesetzte Aufgaben der obern Trigonometrie. Sphärische Trigonometrie.

h. Naturlehre. Vom Weltgebäude. Vom Lichte.

i. Hebräisch. Die Sprüche Salom. 1—12. Deut. 1—15. Daneben einzelne Abschnitte aus Gesenius Gramm. erklärt und die unregelmäsigen Verba eingeübt.

k. Gesang mit II. Theorie bis zum 4stimmigen Satze. Ueber die Akkorde und deren Umkehrungen. Vorbereitung für die allgem. Gesangstunde. Männerchöre.

Sekunda. Lehrgang zweijährig.

a. Latein. Cic. pro Rosc. Amer., pro leg. Manil., pro rege Dejot., pro Mil., Stellen aus Liv. XXII. Virg. Aen. X, XI, XII. Georg. I. Gramm. Zumpt §. 142—150. Kap. 61, 65, 66, 67, 76—79, 84—87. Wöchentlich 1 Exerc., zuweilen ein freier Aufsatz. Wöchentlich einmal Uebung in Versen.

b. Griechisch. Herod. I, II, III mit Auswahl. Hom. Il. XVI, 462 bis XVII, 590. XIX, XX. Buttm. Gramm. vom Verbum, §. 110—117. Wöchentlich 1 Exc.

c. Deutsch. Theorie des Stils, der lyrischen Poesie, Gesch. der Litteratur derselben nebst Musterstücken, Uebungen im mündlichen Ausdrucke, monatl. ein Aufsatz. Ueber die bezeichnende Kraft der Sprachtöne und Laute, um zu zeigen, wie wichtig die richtige Aussprache sei. Roths Gramm. §. 22—74.

d. Religion. Einleitung in die Bücher des alten Testaments nach Niemeyer. Abschnitte aus den Büchern Samuelis, der Könige, Richter. Das Buch Hiob nach Mesheimer. Einleitung in die Bücher des N.T. Evang. Matth., Abschnitte aus dem Evang. Mark. u. Luk. gelesen und erklärt. Angefangen das Ev. Joh.

e. Erdbeschreibung. Der Russische und Türkische Staat, Asien mit Ausschluß der zu Rußl. und zur Türkei gehörigen Theile, Afrika und Amerika.

f. Geschichte. Zweite Hälfte der alten. Ellendt S. 92—166. Erste Hälfte der Gesch. des Mittelalters. Ellendt S. 167—274.

g. Mathematik. Gleichungen des 2ten Grades nebst Wiederholung der schwerern Aufgaben der Gleichungen des ersten. Ausziehung der Quadrat- und Kubikwurzel in Buchstaben. Rechnung mit Wurzel- und imaginären Grössen. Berechnung der regelmäsigen Polygone im Kreise. Analytisch geometrische Aufgaben, besonders solche, die mittelst der Gleichungen des zweiten Grades gelöst werden. Wiederholt Euclid II u. IV.

h. Naturlehre. Allgemeine Naturlehre nach Kries. Abschn. 1, Abth. 2, 3. Besondere Naturl. Abschn. 2, Abth. 1—5.

i. Hebräisch. Gen. 1—14 und von Kap. 37 bis zu Ende. Gesenius

Gramm. §. 1—26. Das regelmäsige Verbum und die Hauptwörter mündlich und schriftlich geübt.

k. Gesang mit I zusammen.

Tertia. Lehrgang zweijährig.

a. Latein. Caes. B. G. I—VI. Ov, Met. XIII—XV und I, 1—423. Zumpts grösere Gramm. Kap. 77—83, 69—73 u. wiederholt Kap. 62—64. Wöchentlich 1 Exerc. Aus Zumpts Gramm. Kap. 3 durchgenommen und das Hauptsächlichste aus der Griech. und Deutschen Prosodie damit verglichen. Versus turbati.

Griechisch. Xenoph. Cyrop. VII, 4—VIII. Buttm. Schulgramm. §. 1 bis 114. Hom. Od. XX—XXIV. Wöchentlich 1 Exerc.

c. Deutsch. Roths Gramm. §. 22—213. Vorgelesen Stellen aus Tieks Phantasus und Schillers historischen Schriften. Monatlich 1 Aufsatz. Theorie des declamatorischen Lesens: bei der Lehre von den Pausen über die Interpunction. Uebungen im declamatorischen Lesen.

d. Religion. Pflichten gegen Gott, Verletzung derselben (Sünde), Rückkehr zur Pflicht (Beßrung), Versöhnung. Ausführliche Erklärung des dritten Hauptstücks. Schriftliche Ausarbeitungen über die Vorträge. Regelmäsige Wiederholung des Lutherschen Katechismus.

e. Erdbeschreibung. Die Türkei, Rußland, Skandinavien, Dänemark, Holland, England, die Pyrenäische Halbinsel, Frankreich, die Schweiz, Italien, Asien, Afrika, Amerika.

f. Geschichte von Deutschland und Preußen bis auf den 7jährigen Krieg. Alte Geschichte vom Anfange bis ans Ende der Perserkriege.

g. Mathematik. Gleichungen des ersten Grades. Von den Combinationen, Permutationen und Variationen. Elementäre Behandlung der Kettenbrüche. Praktisches Rechnen. Anwendung und Erweiterung des Pythagoräischen Lehrsatzes. Die Lehre vom Kreise, von den Proportionen an geradlinigen ebenen Figuren und am Kreise.

h. Naturlehre. Vom Weltgebäude. Physische Geographie und Meteorologie nach Kries.

i. Gesang mit IV. Wiederholung des theoretischen Theiles der Gesanglehre. Ueber die Dur= und Molltonarten. Verbindung des Gesangtones mit den Sprachtönen und Sprachlauten oder mit der Aussprache der Wörter. Singübungen nach Noten und Ziffern. Vorbereitung zur allgemeinen Gesangstunde.

k. Zeichnen. Die Unfähigen wurden vom Zeichnen entbunden, die Fertigsten der Selbstübung überlassen. Die übrigen zeichneten im Winterhalbjahre mit den Quartanern zusammen. Im Sommerhalbjahre erhielten die Tertianer mit Ausschluß der Unfähigen besonderen Unterricht in der Perspective.

Quarta. Lehrgang anderthalbjährig.

a. Latein. Rosenheyns Leseb. 3r Cursus I—XIV und XVII—XIX. Just. XI, 7 bis zu Ende u. XII, 1—8. Phaedr. I, II, 1—8. III, 1, 2, 4, 5. Zumpt kleine Gramm. Kap. 44—60. 73, 74, 75. 5—36. 69—72. Wöchentlich 1 Exerc.

b. Griechisch. Von den Buchstaben bis zum Verbum in m. Dazu aus Jakobs Lesebuche angemessene Lesestücke. Die Geübteren machten wöchentlich ein kleines Exerc.

c. Deutsch. Von der Conjunction, vom Satze, von der Interpunction. Wortforschung, Buchstaben, Bildung der Sylben und Wörter, Redetheile und ihre Biegung im Allgemeinen, Hauptwort. Alle 14 Tage eine schriftliche Uebung. Kurze Theorie des declamatorischen Lesens nebst Leseübungen.

